

primum aedis expugnabo. *GN.* recte. *THR.* virginem
eripiam. *GN.* probe.

THR. male mulcabo ipsam. *GN.* pulchre. *THR.* in
medium huc agmen cum vecti, Donax ;

5 tu, Simalio, in sinistrum cornum ; tu, Syrisce, in dexterum. 775
cedo alios : ubi centuriost Sanga et manipulus furum ? *SA.*
eccum adest.

THR. quid ignave ? peniculon pugnare, qui istum huc portes,
cogitas ?

SA. egon ? imperatoris virtutem noveram et vim militum ;
sine sanguine hoc non posse fieri : quā abstergerem volnera ?

10 *THR.* ubi alii ? *GN.* qui malum "alii" ? solu' Sannio 780
servat domi.

THR. tū hōsce instrue ; ego hīc erō post principia : inde
omnibus signum dabo.

GN. illuc est sapere : ut hosce instruxit, ipsu' sibi cavit loco.

THR. idem hoc iam Pyrru' factitavit. *CH.* vidēn tu,
Thais, quām hīc rem agit ?

nimirum consilium illud rectumst de occludendis aedibus.

15 *TH.* sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo 785
magnus est :

ne metuas. *THR.* quid videtur ? *GN.* fundam tibi nunc
nimi' vellem dari,

ut tu illos procul hinc ex occulto caederes : facerent fugam.

THR. sed ēccam Thaidem ipsam video. *GN.* quam
mox inruimus ? *THR.* mane :